

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersio s
cum fonte primo

Conuertimini ad me in toto corde uestro.

Corporis conuersio, si sola fuerit, erit nulla.
Forma siquidem conuersionis est, non ueritas,
uacuam uirtutem gerens et speciem pietatis.

Bernardus super Cantica sermone XXXVI.

CONVERTIMINI, inquit, AD ME IN TOTO CORDE VESTRO.
Fratres, si dixisset: CONVERTIMINI, nihil addens,
esset nobis forsitan libere respondere:
«Factum est; iam aliud propone mandatum».
Nunc autem spiritualis, ut audio,
conversionis nos admonet, quae non una die perficitur;
utinam vel in omni vita,
qua degimus in hoc corpore, valeat consummari.
Corporis nempe conversio, si sola fuerit, erit nulla.
Forma siquidem conversionis est, non veritas,
vacuam uirtute gerens speciem pietatis.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in quadragesima*, 2.2 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot,
H.M. Rochais eds., p.360, ll.19-26).